



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA
DE
DI VERSA FVRTI
SECVNDVM JVS CIVILE
ET
GERMANICVM IDEA,

QVAM
CONSENTIENTE
ILLVSTRI JCTORVM ORDINE
IN ACADEMIA ERFORDIENSI,
PRÆSIDE

DN. TOBIA JAC. REINHARTH,

JCTO, COM. PALAT. CÆS. JVRID. FACULT. ASSESSORE, ET CODIC. PROF.
PVBL. ORD. NEC NON CIVITATIS STNDICO
ET CONSULE,

IN AUDITORIO JCTORVM MAJORE
PRO GRADV ET PRIVILEGIIS
DOCTORIS

PLACIDÆ ERVDITORVM VENTILATIONI
SVBMITTIT

GOTTFR. REINHARD SCHOLZ,
SERENISSIMO DVCI SAXO-QVERFVRTensi A COMMISSIONVM
CÖNSILIIS.

DIE XVIII. JULII M DCC XXIX.

ERFORDIAE,
Litteris GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

СОВЕТСКАЯ СОЦИАЛИСТИЧЕСКАЯ РЕПУБЛИКА

СССР

СОВЕТСКАЯ СОЦИАЛИСТИЧЕСКАЯ РЕПУБЛИКА
СССР

СОВЕТСКАЯ СОЦИАЛИСТИЧЕСКАЯ РЕПУБЛИКА
СССР

СОВЕТСКАЯ СОЦИАЛИСТИЧЕСКАЯ РЕПУБЛИКА
СССР

СОВЕТСКАЯ СОЦИАЛИСТИЧЕСКАЯ РЕПУБЛИКА
СССР

СОВЕТСКАЯ СОЦИАЛИСТИЧЕСКАЯ РЕПУБЛИКА
СССР

СОВЕТСКАЯ СОЦИАЛИСТИЧЕСКАЯ РЕПУБЛИКА
СССР

СОВЕТСКАЯ СОЦИАЛИСТИЧЕСКАЯ РЕПУБЛИКА
СССР

СОВЕТСКАЯ СОЦИАЛИСТИЧЕСКАЯ РЕПУБЛИКА
СССР

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

Prudentia legislatorie est, non solum pœnas delictis minari, sed & ipsa delicta, quibus pœnae infligi debeant, certo determinare, §. I.

Probatus id, & inde inferitur, diversam sepe unius delicti in diversis rebus publicis esse ideam, §. II.

Exempli loco adducitur idea furti, quod Romanis conside rarunt tanquam delictum privatum, & ob id ejus ideam extenderunt latissime, §. III.

De furto possessionis, §. IV.

De furto usus, §. V.

Ideæ furti Jure Romano tam late patentis ratio, §. VI.

E contrario Germani furtum crimen publicum esse voluerunt, §. VII.

Satisfactionem vero læsi secundario saltē respexerunt: sius Romanis satisfactionem

læsi primario respicientes secundario etiam respiciebant ad vindictam publicam, §. VIII.

Ergo Germani ideam furti longitude strictus concipere soliti sunt, & latior illa Romano rum de furto idea ad foras Germanias non quadrat, §. IX.

Osteendetur id exemplo furti usus in commodato, §. X.

Occurritur dubio de furto usus in deposito, §. XI.

Solum furtum rei Jure Germanorum furtum est, excluso furto usus & possessionis, §. XII.

Furtum rei duplex, ordinarium, & extraordinarium, §. XIII.

De furto extraordinario præcæ Germanorum leges, §. XIV.

(a)

Constit

(o)

Constitutio Caroli V. Cesaris
de hoc furto, §. XV.

Pœna eius extraordinaria est,
etiam in Saxonia, quod
confirmatur exemplo crimi-
nis de residuis, ut § nuntii
furto, §. XVI.

Pœna illa extraordinaria ab
arbitrio judicis pender re-
gulariter, nisi princeps de-
terminaverit certam, §.
XVII.

An Constitutio Saxonica q.t.
par. 4. de solo crimine de
residuis intelligenda sit, an
etiam de perfidia privatova-
rum erga se invicem? Vi-
detur primo intuitu postea-
rius verum, §. XVIII.

Ast rectius nihilominus assert
videtur prius, §. XIX.

Id quod illustratur exemplis,
§. XX. XXI.

§. I. Cum



§. I.

Um pœnas delictis modo rigidiores, modo mitiores, statuere jubeat legislatoris justi & prudentis officium, prout unumquodque delictum vel magis vel minus frequens, & reipublicæ noxiū est; judex vero pœnam unamquamque cuiuscunq; delicto lege publica statutam decernere nequeat, nisi certo constet, factum, quod réus perpetravit, esse id ipsum delictum, cui illa pœna lege dictata est: prudentiae legislatoris erit, non solum pœnas sancire gravitati cuiusque delicti justa proportione respondentes, sed & unumquodque delictum, cui interrogari hæc vel illa pœna debeat, certo & liquido fatis determinare.

§. II.

Omnis poena humana est Juri positivi humani. Etsi ergo delicta esse punienda, Jure divino præceptum est: quoniam tamen pœnarum genere in quodvis delictum animadvertendum sit, Jus divinum, uni-

(4)

versale nempe, neutquam definit, sed id pro diversitate partim detrimenti ex quovis delicto reipublicæ imminentis, quod modo majus modo minus esse potest, partim morum gentium, diverso pruritu in diversa delicta pronarum, prudentiae legislatoriæ humanæ definitum reliquit. Unde cum (per §. I.) ei, qui poenam delicto statuit, incumbat, ipsum delictum, cui ea poena irrogari debeat, certo & liquido determinare; omnem vero poenam, ut dictum, jus humanum statuat: omnis uniuscujusque delicti determinatio vel definitio, quam sequi in foro criminali fas sit, à Jure humano dependebit. Et quoniam Jus humanum variat pro diversitate rerum publicatum: sequitur varias etiam pro eadē diversitate esse posse & solere, & poenas, & delictorum determinations secundum requisita essentialia, quæ in unoquoque adesse debeant, adeo, ut saepiuscule unius ejusdemque delicti idea in una republica modo latius pateat, modo strictius continetur, quam in altera.

§. III.

Exemplo nobis esto crimen fortis, quod Jus Romanorum Civile ad delictorum privatorum censem refert, quibus directe non tam rem publicam, quam cives singulos, laedi suppōnit, quæque adeo dictum Jus non judicio publico poenaque publica, sed actione civili & privata, ad poenam pecuniariam læso à reo persolveritam tendente vindicat. Tamen itaque cum esset Romanorum in furti crimen animadversio: instantam sane latitudinem definitionem ejus contineunt, ut omnem fere dolum in contractibus, ex quibus

bus res alterius penes alterum est, comprehendenderet. Ita enim furtum definiverunt, quod sit contrectatio fraudulosa vel ipsius rei alienæ, vel etiam usus ejus, possessionis, lucri faciendi gratia, *s. i. f. de obligat.* quæ ex delict. *l. i. s. 3. ff. de furt.*

§. IV.

Furtum ergo dixerunt, quamcunque dolosam rei alienæ contrectationem; & per rem alienam non suam eam intellexerunt, quæ in alterius, lœsi nomine, dominio sit, sed & in qua lœsus quocunque aliud jus in re habeat. Sic cum creditori in pignore competit jus in re: non solum tertius, sed & ipse debitor, pignus surripiendo furtum Jure Civili committit, *l. 12. s. 2. l. 19. s. 5. ff. de furt.* Pari ratione cum possessori bonæ fidei jus possessionis competit: quicunque ipsi rem, titut nondum usucaptam, bona tamen fide interim possessam dolose abstulerit, si vel maxime ipse rei dominus id fecerit, furti tenetur, *l. 20. s. 1. ff. Eod.* Quin & intuita juris ad rem ex contractu resultantis, furti actio unicuique competit, cuius interest, respectu juris ad rem quod haber, rem salvam esse, licet nec dominium, nec aliud jus in re ipsi competit, *s. 13. f. de Oblig.* quæ ex delicto. quemadmodum commodatario, quatenus de re commodata turto ipsi ablata, restituenda tenetur, actio furti competit, *s. 16. f. Eod.* & quidem plausne etiam contra ipsum commodantem, si commodatarius necessitas rem fecerit impensis, & commodans his non restitutis rem dolose surripierit commodatario, *l. 15. s. 1. ff. de furt.* Et hec ipsum est quod

*fraudulosa Possessionis contrectationem Römani dis-
ixerunt in definitione allata.*

S. V.

Porro quando furtum dolosam rei alienæ contrectationem dixerunt, per generaliorem illam contrectationis notionem non solum ablationem vel amotionem rei ex possessione alterius intellexerunt, sed &c, si res aliena ex quacunque justa causa penes alterum sit, quemcunque ejus contra fidem contractus abusum: quam furti in foro suo speciem Römani in definitio- ne §. 3. allegata, contrectationem, *Usus* rei alienæ vo- carunt. Sic si creditor pignore, depositarius re depo- sita utatur, sive commodatarius in alium usum rema- commodatam transferat, quam cujus gratia data est, furtum committere dicitur, §. 6. *J. de Obl. quæ ex del.*
L. 5. 4. pr. §. 1. ff. de furt. l. 7. C. Eod. l. 29. pr. ff. Depos. l. 5.
§. 8. ff. Commod. Cum enim pignus solius securitatis causa tradatur creditori, depositum solius custodiæ causa depositario; creditorem si pignore, & deposita- riū si deposito quomodounque utatur, *illius ipsius usus* furtum committere Römani crediderunt. Eadem ratione si ad certum usum quis alteri rem suam com- modayerit, vel locaverit, & commodatarius vel con- ductor ad alium usum eam applicet, *illius ipsius usus fur- tum facit.*

S. VI.

Nec sine dīs, iisque factis solidis, rationibus Ro- mani destituti sunt, ob quas in tantam latitudinem furti definitionem in foro suo extenderent. Cum enim,

77)

enim, ut supra §. 3. jam præmonuimus, Romanis placet, furtum tanquam delictum privatum considerare, magisque ad damnum læso illatum, ejusque reparationem, & periculi quod passus erat compensationem, quam ad detrimentum securitatis publicæ, ejusque turbatae vindictam publicam respicere, parum sane interesse videbatur, quoniam fraudulose rei suæ contrectationis genere læsis damnum pateretur, an ablatione rei, sive in domino, sive in possessione ejus existentis, an contrectatione usus, animo lucrificiendi, invito læso commissa; cum si solam indemnitatem poenamque privatam, læso à lædente præstandam, cum Romanis potissimum respicias, eadem omnibus his easib[us] sit ratio, & damni læso reparandi, & doloris lucrum ex re aliena invito domino captandi propositi, sive quidem ipsius rei, sive possessionis, sive usus cuiusdam contrectatione id fiat. Ipsa enim dupli vel quadrupli poena priuata, lege Romana statuta, non solum finem, quam privatum respiciebat, cum duplum illud vel quadruplum, actione furti impetrandum, in emolumentum læsi cederet, in compensationem nempe periculi, quod furtiva rei suæ contrectatione passus erat.

S. VII.

Longe alter furti crimen Germani in foris suis consideraverunt. Cum enim Romani in republica sua, uti patet ex hac etas dictis, eo maxime respexerint, ut læso satisficeret, & furtum hoc ipso respectu debetum privatum esse iussirent, quod latius actione furti

ti, poenali quidem, privata tamen & civili, persequi debet: Germani è contrario satisfactionem privatam laeso debitam secundario tantum, primario vero publicam securitatis publicæ tuitionem ac vindictam resipexisse videntur. Etenim securitatis publicæ, subditis in bene constituta republica legibus & poenis assertandæ, ratio manifeste requirit, ut unusquisque non solum intuitu vitae membrorumque corporis, sed maxime etiam intuitu bonorum suorum, tatus praestetur. Huic tanto bono publico non solum turbæ, & seditiones secessiones, sed & latronum invasiones violentæ, furumq[ue] insidiae & artes, quotidiana periculum maximumque detrimentum minatur: quocumque quietia poenis saltam privatis pecuniaris, ad laesorum indemnitatem & satisfactionem compotis, satis coerciri minime posse visa est; maxime cum vix raro aliquis ex istis nobulonibus tantum in bonis habeat, ut debet, tam laeso indeponitatem praestare possit. Ergo cum publicum securitatis publicæ bonum utilitati privata laesi merito anteponendum sit: furtum in criminum publicorum censum refert Germani merito maluerunt, quoniam persecutio primario, ac perferendam personam publicam & exemplum tendit: den Dieb soll meghendenken ic. Land-Recht l. 2. art. 13. pro furti quidem qualitate & quantitate, Ord. Crim. CAROL. art. 160. 162. Confl. El. Sax. 32. p. 4 in tantum ut hec fides furis suspensi, ne quidem condicione furtiva ad estimacionem rei furtivæ non amplius extantis, sed consumata laeso teneantur, C.A.R.P.Z. Confl. 32. P. 4 def. 43 facundam regulam. Iudicis Germanici vulgariter in Glossa ad Land-

Land-Recht l. 2. art. 35. Mit dem Tode wettet man dem Richter und büsst dem Kläger.

§. VIII.

Enim vero non omnem indemnitatis læso debita curam neglexerunt Germanorum mores. Quod si enim vel fur rem furto ablatam restituere læso possit, vel læsus damnum sibi datum furi remiserit, aut cum illo eo nomine transegerit, laquei poenam jude^x merito mitigan & remittit. CARPZ. *Conf.* 32. p. 4; *def.* 6. 7. § 18. maxime cum & ipse Imperator *Ord. Crim.* art. 160. in irroganda furi ultimi supplicii poena considerare inter alia jubeat. Wie schädlich dem beschädigten der Diebstahl seyn mag. Nihilominus consideratio illa indemnitatis privatæ secundaria tantum est, nec qualitatem criminis publici, poena publica coërcendi, qui nempe finis principalis est, tollit: cum nihilominus poena fustigationis & relegationis decerni iis casibus debeat. Eadem fere ratione, ut in foro Romano furtum pro delicto privato haberetur, & ejus adeo persecutio principaliter ad satisfactionem læsi privata tenderet: non tamen ideo boni publici respectum plane negligebant Romani, sed si qua occurrebat furti species securitatem vel utilitatem publicam maxime turbans, ex delictorum privatorum censu ad criminum publicorum publicis judiciis vindicandorum, vel saltem ad criminum extraordinariorum classem facinus transferre habebant; unde tot in criminum publicorum serie furtorum peculiari nomine notatorum species in Jure Romanorum criminali occurunt, utpura sacculacionum & directariorum, l. 7. ff. *de Extra-*

B

ord.

ord. Crim. violatorum sepulchri, t. i. ff. de Sepulchr. viol.
Abigeorum t. i. ff. de Abig. furum balneariorum, t. i. ff.
de fur. baln. effractorum & expilatorum, t. i. ff. d. Ef-
fractor. & expil. peculatus, t. i. ff. ad L. Iul. pacuti. Crimi-
nis de residuis, l. 2. ff. Eod. ut adeo ea maxime Jus Ro-
manorum inter & Germanorum intercedere differen-
tia videatur, quod Romani furtum regulariter & pri-
mario pro delicto habuerint privato, extra ordinem ve-
ro, secundario, aut per modum quandoque exceptionis;
etiam pro publico vel saltē extraordinario: Germani
e contrario idem regulariter accensere maluerint cri-
minibus publicis, secundario tamen etiam indemnitat-
is privatæ rationem non prorsus negligere jussent.

§. IX.

Tanta ergo cum appareat in utraque gente, Ro-
 manorum nempe & Germanorum, juris criminalis cir-
 ca furtum diversitas, ut scilicet Romani in sua republi-
 ca furtum regulariter tanquam delictum privatum con-
 siderarent, furemque adeo in poenam pecuniariam læ-
 fo rependendam condemnarent; Germani contra in
 furtum, tanquam crimen publicum, primatio pena
 publica, laquei, fustigationis, relegationis, carceris,
 animadvertere severissime soleant; & dicto Romanoi-
 tum instituto, quo de sola fere satisfactione privata la-
 so praestanda solliciti erant, factum sit, ut ideam furti
 in tantam illam, quam §. 3. 4. 5. 6. ex Jure Romanoi-
 tum Civili docimus, latitudinem exerciderent, ut
 omnem fere dolum in contractibus, quoacunque fero
 illicita rei ex contractu penes altetum existentis, vel
 ejus possessionis, vel saltē usus, contestatione sele-

ex-

exserentem comprehendenderent: quilibet facile judicabat, latissimam illam Juris Civilis Romani de furti criminis ideam ac definitionem male admodum ad forum criminale Germanorum transferri, adeoque ini quisissime postulare eos, quā legibus ex Jure Civili perfunctorie conquisitis, quā secundā ea, quā hactenus docuimus, cum grano salis intelligi debebant, quācunque rerum alienarum, aut earum possessionis, vel usus, contrectationem furti statim & praeципitater insimulantes, actionem statim criminalē & processum inquisitorium intentant & sollicitant. Ecce optime sane, ut ut circa aliām quæstionem, monet C A R P Z. *Const. 32. p. 4. def. 23.* Sapienter jam dudum animadvertisse fratres Saxonicos in *Const. Const. Sax. tom. I. part. 4. qu. 50.* Das gemeine Recht (principia Jus Civilis Romanum) müsse nicht alle wege in materia furti eingesehen und in acht genommen werden, in quo nunc saepe graviter & imperito peccetur, denn die gemeine Rechte mit Geduldlein den Diebstahl straffen. *Expositio quæstionis de furti et usus et contrectatio X. libro et capitulo 1. di-*

Ex hoc itaque fundamento priori quidem manifestum est, contrectationem quantumvis fraudulosam, non spissus rei, sed solitus usus aut possessionis, ipsum contrectantem Jure Criminali Germanorum furti item fraudare, & Ius adeo patium hoc in passu præetraneis Romanorum legibus in foris nostris prævaluuisse. Solet enim usus aut possessionis contrectatio, quia non ipsa res sua laeso auferitur, sed inde domino salvadominum solumentudo quomodo cunque datur, securitatem publicam non turbat, quam sciam tanto per-

narum capitalium rigore tueri voluerunt Germanis;
 damna vero, cetera furtivas rerum alienarum ablatio-
 nes, quibuscunque aliis dolosis rerum alienarum, ex
 contractu penes nos existentium contrectationibus da-
 ta; actione privata & civili, ad dictorum damnorum
 reparationem tendente, persequi jusserunt. Ita enim
 Land. R. l. 3. art. 22. Wer dem andern leihet sein Pferd
 oder Kleider / zu bescheidenen Zeiten / hält ers über die Zeit/
 und wird er darum beflaget / er muß es zu Haid wieder geben/
 und besseren / ob er es geergert hat. Dieberey und Raubes
 mag er ihn aber nicht gezeihen doran: sintemahl daß ers ihm
 selber liehe. Unterwinden mag sich auch wohl ein Mann se-
 nes Gutes mit recht/ daß man ihm mit unrecht vorholt über
 bescheidene Zeit: qui textus clare probat insigitem, quam
 dotusimus differentiam furti, in foris Germanorum ab
 eodem in foro Romano, quandoquidem Jure Romano,
 qui ampliorem rei commodaiae usum, quam qui in
 contractu determinatus est, sibi indulserit, furti utique
 tenebatur, uti supra §. 5. demonstravimus. Nec ob-
 stat, Jure quoque Civili commodatarium, qui re com-
 modata diutius vel aliter utatur, quam utendam acce-
 perit, fortum non committere, si credat, dominum, si
 intellexerit, permisurum, cum fortum sine affectu fu-
 standi non committatur, §. 7. A de Obl. que ex det. l. 40.
 §. 7. l. 76. pr. ff. de furt. de quo casu forte intellectum
 vellent textum adductum, si qui sint, dissidentes:
 Thesis enim, Dieberey und Raubes mag er ihn nicht gezei-
 hen / expressa adjicitur ratio, sintemahl daß ers ihm selber
 liehe / qua innatur, ideo in casu adducto commoda-
 riis furtum non committere quia ipsam rem domi-

no

no invito hanc abstulerit, sed à volente acceperit, unde & recte glossa addit : Denn was ein Mann mit seinem Willen gelöst oder von sich lässt, das stehtet man ihm nit; quæ ratio æque valet, sive commodatarius, re commodata diutius aut aliter, ac conventum fuerat, utens crediderit, dominum consensurum esse, nec ne.

§. XI.

Quod de commodato dictum, & lege pariter a rationibus communium est, idem ob rationum identitatem & de aliis contractibus intelligendum est, utputa de locatione conductione, de pignore, de deposito. Evidem de deposito aliud primo intuitu disponere videtur *Ordinatio Criminalis Carolina*, art. 170. Welcher mit eines andern Gährern die ihn in gutem Glauben zu behalten und vermahten gegeben seyn/ williger und geschehlt er weiß dem Diebthäger zu Schaden handelt/ solche Missethat ist einem Diebstahl gleich zu straffen. Ait considerandum, cum in genere depositario re deposita uti haud liceat, q̄tria custodiæ, non usus gratia, in commodum deponentis, non depositarii, depositum contrahitur; duplī modo depositariorum contra fidem contractus peccare hac ratione posse, dum re custodie ipsius commissa vel ita uti potest, ut ipsa res, maxime si non sit fungibilis, nihilominus salva deponenti maneat, & restitui ipsi queat; vel ita, ut & ipsam rem in usus suos vertat aut consumat, nec eam adeo restituere valeat. Ueroque quidem modo Jure Civili furtum committitor, l. 29. pr. ff. 1. 3. C. Depof. priori quidem furtum usus, posteriore vero ipsius rei: ait Jure Germanorum, licet de posteriori casu, furtum eo commi-

mitti, extraordinarium tamen & improposito; uti ex sequentibus patet, facile concesserim, idemque plane etiam de commodato, locatione, aliisque similibus contractibus admiserim; priori tamen casu negandum idem esse, & allatum adeo Sanctionis Carolinæ textum de solo casu posteriori intelligi debere, ex rationibus Juris Germanici §. præced. allegatis manifeste satis liquet.

§. XII.

Sola itaque in idea seu definitione furti, Jure Germanorum remanet dolosa *contractatio ipsius rei alienæ*, invito domino, animo lucri faciendi commissa, detractâ dolosâ solius usus vel possessionis *contractatione*, quam Romani quidem ob rationes §. 6. allegatas ad furtum referebant, Germani autem, ob rationes §. 7. 9. 10. comprobatas, à furti notione excluserunt, ejusque persecutionem à foro criminali inquisitorio ad forum Civile actionesque ex contractu instaurandas alegarunt. Est vero dolosa *ipsius rei alienæ* *contractatio*, seu brevius *furtum rei*, (quod *furtu usus & possessionis* contradistinguebant Romani,) *contractatio rei alienæ* talis, qua *contractans* eum, cuius interest, rem salvam esse, re sua (mobilis quideam) privat in totum, in suoaque eandem usus abripit & conversit, vel convertere saltem intendit, (si nempe rem furtivam casu forte vel vi majore amiserit.) Dico, *furto laedi quemadmodum*, cuius interest rem salvam esse; cum furtum committat non solum qui ipsi dominio, sed & qui commodatario, conductori, depositario, &c. ad aestimationem rei non satis custodiæ, & bineficio

(15)

to amissæ, obligato rem de qua restituenda domino tenetur, amoget aufertque.

S. XIII.

Illa ipsa vero *ipsius rei* alienæ contrectatio, quam solam Germani per haec tenus dicta sub furti notionem comprehenderunt, duplice porro modo fieri potest. Vel enim fur ex ipsa læsi possessione rem furtivam amoget aufertque; vel is, qui rem alienam ex justa & immoxia causa, v. g. investigationis, vel plati domino volente & consensu detinet, v. g. administrator, depositarius, munius, &c. eandem invito domino furtim & dolose sibi capit, consumit, & in usus suos convertit. Ubique maxime quætitur, cum priori casu furtum committi dubio careat, an & in quantum idem etiam posteriori casu afferendum sit? Si rem ex antiquioribus Iuris Germanici monumentis inquiras, eaque cum recentioribus Constitutionibus attente conferas, deprehendes, proprie quidem & primario crimen furti, penam nempe ordinaria coercendum, in principio dunitaxat ex dictis duobus rem alienam dolose contrectandi modis, qui scilicet dolosa ablatione rei alienæ ex ipsa læsi possessione fit, consistere: cum hæc sola maxime seccuritatem publicam turbet, quam tanto poenarum capillatum rigore defensam voluerunt leges Teutonicæ. Nihilominus cum & altera illa rei ex juxta causâ penes alterius existentis, dolosa contrectatio in se sic satis furtiva sit: quodammodo quidem illum poenæ laquei rigoroso circa modicam quoque quinque aureorum quantitatem ad furtivas hujus generis contrectationes extenderem poluerunt laudatae Teutonum leges, eo quod non

non tam publica securitas dictis contrectationibus tur-
batur, quam fides potius contractuum vel aliud mino-
ris saepe momenti officium sollemnmodo laeditur; poe-
na tamen saltet mihiore alteram istam furti speciem,
quaे sine actuali rei ex alterius possessione ablatione
est, plectere voluerunt. Quo fundamento nixus fur-
tum tanquam crimen publicum in foris Germaniae in
duas species dividendum esse arbitor, ordinarium nem-
pe, quod sit dolosa rei alienae ablatione ex possessione
alterius, poena ordinaria coercendum; & extraordinari-
um seu improprium, quod neus in re aliena, justa cau-
sa & citra ejus ex possessione alterius ablationem A-
reo derenta, rem dolose intervertendo committit, poe-
na extraordinaria afficiendum.

§. XIV.

De priore specie satis notā plura dicere haud opus
est. Sola altera ex Juris Germanici constitutionibus
confirmanda, & ita fundamentum divisionis nostræ
vere Juridicum demonstrandum nobis est. Et in jure
quidem Germanorum prisco duo reperiuntur textus
divisionem hanc egregie confirmantes. Alter in Land-
Recht lib. 2. art. 29. Wenn einer andern Mannes fahrende
Habe zusleucht in Wasser/ der soll sich darzu ziehen/ und soll
sie jenem wiedergeben/ der soll ihm denn seine Kosten geben/
nach guter Leuthe Rath 2c. Lenguet ers aber/ so man dar-
nach fraget/ so ist er ein Dieb. Und ob mans darnach an-
ter ihm findet/ so muß ers wieder geben/ mit Busz und mit
Wette, wenn ers dieblich gehalten hat. Keine Dieberey
hat er aber erstlich daran gehyan/ die ihm an seine Ehre/ oder
an seinen Leib gehet/ oder an seinen gesund/ denn ers nie diebli-
chen

chen noch raublichen aus jenes Gewehren gebracht. Alter Land-Recht lib. 2. art. 37. Was ein Mann findet/ verleugnet er das/ ob man daruach fraget/ so ist es diebisch. Und was so ein Mann findet/ oder Dieben/ oder Feinden/ oder Räubern abjaget/ das soll er aufstiehen/ vor seinen nachpauren und vor der Kirchen. Addit glossa: diese Dieberey aber gehet nicht an den Hals/ sondern auf Busz. Ex utroque ergo texeu clare liquet, duplarem in eo supponi furti speciem: alteram, quæ sola emendâ & multa, mit Busz und mit Wette/ punienda sit; alteram, quæ capitaliter, die dem Diebe an Ehre und Leib oder an den Hals gehe: illam quando reus rem ab initio justa ex causa tenerit, v. g. inventione, expugnatione ab hostibus vel latronibus, postea vero furtim & dolose eam suppresserit, sibi eam retenturus; hanc vero, quando rem furtiva ablatione ex possessione alterius amoverit, wenn er die Sache dieblichen/ oder raublichen aus des andern Gewehren bracht. Posterior species ea ipsa est, quam furtum ordinarium seu primarium, pœna furti ordinaria plectendum, dixi: prior vero ideam furti, quod extraordinarium sive improprium vocavi, exhibet, quod, inti textus allegati ostendunt, emendâ & multa vindicabant mores majorum. Ipse CARPOVIUS Conf. 4r. part. 4. def. 5. improprie saltem furtum committere dicit officialem perfidum per rerum administrationis suæ in proprios usus conversionem: & in Praxi Criminati Part. 2. qu. 85. no. 1. factum hujusmodi non veram; sed fictam tantummodo rerum alienarum contrectationem appellat.

§. XV.

Neque hanc ipsam furtorum differentiam insinuarem ex oculis dimiserunt Juris Germanici recentiores statores. Jam supra §. II. dixi, constitutionem Caroli V. de depositario, rem fidei & custodiae suae commissam furtive contrectante, poena furti afficiendo, non sine hac ipsa, quam hactenus explicui, distinctione esse intelligendam: eo quod Germani, furti pro diversa eorum quantitate & qualitate modo ultimo supplicio, modo poenis corporis afflictivis gravissimis ulcerantes, semper non nisi de furtis ordinariis & proprie dictis, quae uti dictum in ablatione rerum alienarum ex possessione alterius consistunt, istas poenas voluerint intellectas, ut nempe scelerati, raptu vivere volentes, hincque possessionibus alienis, eo que ipso securitati publicae subinde infesti, deterreantur a clandestinis pariter & manifestis rerum ab aliis possessarum invasionibus: quisane finis male quadrat ad qualitercumque rei alienae ab ipso contrectante bona fide hactenus detentae contrectationem furtivam, similiorem sane violationi contractus (si v. g. administrator vel depositarius res sibi concretitas contrectaverit) aut transgressioni officiorum humanitatis (si inventor rem inventam superesserit,) quam furto proprie dicto. Hinc utut insinuarem hanc, furtoque utique æmulam perfidiam eorum, qui res alienas bona fide ab initio ab ipsis detentas in proprios usus vertunt & consumunt, ut depositorum, conductorum, molitorum, inventorum, &c. puniri debere, doceant plerique omnes Juris Criminallis periti: in eo tamen etiam merito consentiunt plerique

rique, cessare poenam ordinariam, quæ nempe quinque solidis Hungaricis læso subtractis, suspendum est, & arbitrariam potius substitui. C A R P Z. Prax. Crim. Part. 2. qu. 85. no. 66. seqq. Et hac ipsa ratione graviores hujusmodi perfidiæ species, qua quis res alienas, ex possessione alterius non creptas, sed justa causa detentas, in proprios usus converterit & absumserit, furti quidem latius seu genericè sumti crimine contineri afferui, cùm leges Germanorum & antiquæ & novæ idem diserte afferant: peculiarem tamen easdem, eamque extraordinariam furti speciem esse, quippe non poena ordinaria, sed extra ordinem puniendam, dictis legibus id exigentibus, judicavi: licet non desint, qui rigorosius, & fere indistincte, poenam ordinariam usurperint, seducti legum Romanarum effatis, quæ, prout longe alium in furtis coercendis finem sibi habebant præfixum, solam nempe satisfactionem læso à furè præstandam, vix ullam, præter furti manifesti, & nec manifesti, furtorum differentiam, poenarum respectu agnoscebant §. 5. J. de Obl. quæ ex del.

§. XVI.

Non tamen id ita intellectum vefim, poenam per fidis rerum alienarum sibi conceditarum, vel ex alia iusta causa detentarum contrectatoribus infligendam, nullam ad mortis usque supplicium adscendere posse: cum id potius proprium sit criminibus, nulla determinata poena notatis, quæ extra ordinem punienda esse vulgo dicimus, ut poena Varia sit pro circumstan-iarum delictum modo gravius modo levius argu-
tum varietate, quæ reum cujuscunque criminis ex-

traordinarii insigniter scelestum plane ad ultimum condemnare supplicium suadere possunt. Sic & utique in furto in re aliena, justa ex causa hactenus detenta commisso, v. g. à depositario, insignis potest esse diversitas cum intuitu quantitatis depositæ furtive subversæ, quæ adeo ingens esse potest, ut non possit non vel ipsa laquei poena decerni; tum intuitu personæ, depositarii maxime, ubi quippe ingens differentia est, an ea sit persona publica juramenti fide constricta, an privata. Hac ratione, utut crimen de residuis, quo hi, quorum fidei & administrationi pecunia publica commissa est, eandem dolose retinent, & intercipiunt, mitti punirent Romani, tertia nempe parte residuae, quam debent, quantitatis, l. 4. §. 5. ff. ad L. Jul. pecul. longe aliud tamen merito statutum videoas in plerisque Germaniæ territoriis, v. g. in Saxonia *Constit. 41. Part. 4.* ubi quippe furtum administratorum, pecunias vel res fidei & administrationi suæ concreditas in proprios usus convertentium, si centum florenos Misnicos, vel ultra, ex bonis fidei & administrationi ipsorum commissis consumserint, & in proprios usus verterint, poena laquei; sin florenos quinquaginta ad centum usque, poena fustigationis & relegationis; sin infra quinquaginta florenos, carcere vel relegatione temporaria, punire jussit legislator: quem ultimum quidem articulum ita partim mutavit, partim auxit Potentissimus Rex & Elector, in Constitutione novissima, d. a. 1705. Non auertrouten Guthe / ut si administrator fiscum vel res sibi concreditas fraudaverit ultra florenos triginta, ad quinquaginta usque (exclusive,) relegatione perpetua;

tua; sin ultra viginti ad triginta usque, relegatione ad decennium; sin ultra decem ad usque viginti, relegatione ad quinquennium; sin denique infra decem florenos, carcere puniendus sit. Eadem severitate in dicta *Constitutione Ele&t. 24. p. 4.* nuncio perfido, qui pecunias, quas alio perferendas acceperit, sive obsignatas, sive adnumeratas, dolose contrectarit, & in suos usus verterit, si ad viginti usque florenos quantitas furitive subversa assurgat, poena laquei, sin infra viginti florenos sit, pro quantitatis illius minoris diversitate, modo fustigationis, modo relegationis, modo carceris poena dictata est. Quem quidem Constitutionis hujus rigorem ad amicum, imo aurigam, qui uterque quippe nuncios hand sit, extendi minime debere, censet BERGERVS Ele&t. *Jurispr. Crim. cap. 2. no. 10. p. 49.*

§. XVII.

Ita ergo fere de furto extraordinario seu impro pri Jure Germanorum statuendum est, puniri illud extra ordinem, regulariter pro arbitrio judicis, pensitatis facinoris circumstantiis; utputa personarum, quae vel personæ publicæ & juramenti religione obstrictæ esse possant, vel privatæ; nec non pro diversitate rerum, quae itidem vel publicæ esse possunt, ut in criminе de residuis, vel privatorum bona; porro pro diversitate quantitatis, iterationis, &c. nisi quidem Constitutionis Principis expressa vel ipsam poenam furti ordinariam, vel extraordinariam certam, determinaverit, & judicis adeo arbitrium, à quo regulariter poenæ extra ordinem infligendæ dependent, excluderit; prout uti dictum, in Saxonia factum est, intuitu criminis de residuis, & nun-

ciorum, pecunias quas aliò transferendas acceperint; furtive contrectantium. In aliis itaque furtorum extraordinariorum speciebus, peculiari Principis sanctio-ne haud notatis, arbitrio judicis pro circumstantiarum varietate poenae extra ordinem decernendæ determinatio etiamnum relicta esse censenda est.

§. XVIII.

Illud adhuc de speciali ista Saxonum in crimen de residuis animadversione quaeritur, an ea, de solo hoc ipso de residuis crimine intelligenda sit, quod nempe uti dictum, est crimen publicum, quo *pecunia publica* ab eo, cuius fidei ea commissa est, surripitur & in usus proprios convertitur, an etiam ad contractus privatorum, quibus alter pecuniarum rerumque suarum custodiā & administrationem alterius fidei committit, eadem extendenda sit? Posteriori suadere videtur, partim rubrica allegatae Constitutionis Saxonicae, von anvertrautem Gute / quæ satis generalis est, & ad utramque rerum alterius fidei & administrationi concreditarum speciem æque applicari posse videtur: partim ipse Constitutionis tenor: Wurde ein Schösser/Verwalter / Voigt ic. oder ein jeglicher ander/ so zu einem Amt veraordnet/ und von unsern/ oder eines andern wegen, Geld/ Korn/ Holz/ Getreyde/ und anderes aufzuheben und einzunehmen hat/ von den Leuthen mehr annehmen dena er berechnet ic. oder dergleichen Veruntrauung und Betrug gebrauchen/ so uns/ oder unsern Unterthanen, oder andern Leuthen zu Nachtheit/ und Schaden gereicht ic. nec non confirmatio hujus ipsius Constitutionis à Potentissimo Rege anno 1705. facta, & superius jam allegata,

qua

qua de inquis & contra intentionem legislatoris in
 mitiorem partem contortis interpretationibus, darüber
 diese schwere Verbrechen vermassen über hand genommen/
 daß so wohl bey unserer Cammer auch Steuer- und andern
 Cassen/ als Privatis, in kurzer Zeit viele tonnen Goldes ver-
 untrauet / und entwendet worden/ severissime conqueri-
 tur, & in eorum locum interpretationem authenticam
 sequentis fere tenoris substituit: daß wenn ein Beamter/
 Steuer- oder Accis-Einnahmer / Capitac ic. oder ein iegli-
 cher/ so zu einem Amte und gewisser Berrichtung, bey wel-
 cher er von unsern / oder eines andern wegen, Geld/
 Korn ic. einzunehmen/ zu verwahren/ oder zu administriren
 hat/ verordnet/ von dem ihm andertraueten/ etwas unter-
 schlagen: ic. oder sonst dergleichen Betrug / es geschehe auf
 Maß und Weise wie es immer wolle/ verüben würde/ so
 uns oder unsern Unterthanen, oder andern Leuthen;
 zum Nachtheil und Schaden gereichete ic. Accedit, quod
 in sequentibus, ubi, restitutionem damni hæjusmodi
 furto dati, à poena nec laquei nec fustigationis liberare
 reum debere; edixerat legislator Serenissimus, iterum
 expresse adjiciat: wohl aber/ wenn er (reus) auch am Lei-
 ben gestraffet/ oder zur Staupen geschlagen/ und so viel in sei-
 nem Vermögen vorhanden/ daß unsere Cassen / oder die
 Privati, so bestohlen worden, ihre Wiedervergnädigung er-
 langen können/ daraus völlige Erstattung gethan werden.
 Hæc omnia inquam, evincere primo quidem intuitu
 Videlicet, ut tamque hanc Constitutionem non de solo
 publico residui criminis, sed & de quibuslibet simili-
 bus privatis privatorum erga se invicem perfidiæ spe-
 ciebus, qua res apud se depositas, sibi locatas, vel ad-
 mini-

ministracioni suæ commissas, furtive subducant, intellegendam esse.

§. XIX.

Sed, his non obstantibus, & licet meminerim, non defuisse, qui his argumentis nixi actionem criminalem & Processum Inquisitorium, in causis privatorum, ad poenas dictis Constitutionibus statutas, intentaverint, contrarium nihilominus verius esse sat liquido demonstrari posse putaverim. Etenim utraque Constitutio non solum ejusmodi saltem personarum mentionem facit, quæ in officio publico sunt, & juramenti vinculo illius officii nomine constricti, ne unico quidem in tanto exemplorum expresse allegatorum numero rerum alienarum administratore vel depositario privato, v. g. tutore, institore, depositario, nominato: sed & disertis verbis additur, intelligi debere in officio publico jurisjurandi fide constitutos. Ita enim primo Constitutione Augusti Electoris antiquior: Würde ein Schöffer/ Verwalter/ Voigt/ Vorsteher/ Gleitsmann/ Baumeister/ Bauschreiber/ Zöllner/ Förster/ oder ein ieglicher ander/ so zu einem Amt verordnet, ic. Et clarius dein Constitutione Augusti Regis declaratoria: Sezen/ ordnen/ und wollen/ daß wenn in Zukunft/ ein Beamter/ Steuer/ oder Accis-Einnahmer/ Cashierer/ Schöffer/ Verwalter/ Schichtmeister/ oder anderer Bergbedienter/ Bergmann/ Voigt/ Vorsteher/ Gleitsmann/ Baumeister/ Bauschreiber/ Zöllner/ Förster/ oder ein ieglicher/ so zu einem Amte oder gewisser Berrichtung, bey welcher er von unsfern/ oder eines andern wegen/ Geld/ Korn/ Holz/ Getreyde/ und anderes/ einzunehmen/ zu verwahren/ und zu administriren hat/ verordnet, und

und deßhalber in Pflicht genommen. Ubi quidem pa-
sum refert, an immediate principi, an alii, v. g. mu-
nicipio, seu civitati, aut senatu oppidano, officio publi-
co, & juramento ejus nomine præstito, sit obstrictus:
Et hoc est quod additur: so zu einem Amt und gewisser
Bereitung/ bey welcher er von unsfern/ oder eines andern
wegen, Geld oder anders zu verwahren/ oder zu administri-
ren hat/ verordnet/ und deßhalber in Pflicht genommen,
quod sane ad privatorum contractus quoscunque pri-
vatos, quibus alter alteri rerum suarum custodiam vel
administrationem solo contractu mandat, vel opus
perficiendum locat, applicari nullo modo potest. Nec
contrarium inde evincitur, quod Rex Potentissimus
conqueratur: daß so wohl den Commer-Steuer und andern
Cassen/ als Privatis, viel tonnen Goldes veruntrauet wor-
den/ nec non prohibeat omnem poenæ laquei vel fusi-
gationis remissionem, wenn auch gleich die Königlichen
Cassen/ oder die Privati, so bestohlen worden/ ihre Wieder-
vergnägung erlangen: Cum enim, uti dictum, solos in
officio publico constitutos, & jurejurando eo nomine
adstrictos, Constitutio utraque concernat: de subdi-
tis, aliisque privatis, qui ab officialibus istis contra
fideri officii & juramenti sui læduntur, dicta verba ma-
nifeste satis intelligenda sunt, quando scilicet, uti sunt
ipsius Constitutionis verba: ein Beamter/ Steuer/ oder
Accis-Einnehmer &c. von den Leuten mehr an Zinsen/ Schul-
den/ Lehnwahr/ und vergleichen einnimmet/ deau er berech-
net/ in Verkauffen und Rauffen/ Verlephen und Ausmessens/

unrechten Scheffel und Maß gebrauchet/ &c. Sic etiam patet vera & justa tanti in punienda hac furti, quantumvis extraordinarii, specie, rigoris ratio, quæ, judice BERGERO Elect. Jurispr. Crim. pag. 50. est criminum in hoc tali facinore concursus, puta, furti, perjurii, falsi, perfidiæ, peculatus; qui contra in administratoribus aut depositariis perfidis privatis hanc occurrit.

§. XX.

Restat, ut exemplo uno atque altero rem illustremus. Dederat mercator opifici materias crudas, sexaginta Imperialium pretio æstimatæ, ut ipsi inde conficeret opus, (46. Stadts sein Garn/ und i. 15. 24. Loth Aurora Seyde zusammen 60. Rthl. werth/ um daraus seine Baracan zufertigen) Opifex materias illas vel merces contrectaverat, vendiderat, & in proprios usus verserat. Mercator, partim legibus Civilibus, partim Constitutionibus Saxonis hactenus allegatis, partim Constitutione Criminali Carolina art: 170. nixus, furtum id esse ratus, denuntiando facinus deferebat ad judicem, ut ille procederet ex officio, & petebat, ut reus puniretur secundum *Const. 4r. part. 4.* & actori merces, vel earum æstimatio, adjudicarentur. Judex officii sui (secundum *Ord. Proc. Sax. Recogn. Tit. V. s. 1.* ubi vitia libelli & petitii corrigere jubetur) memor, citationes emiserat ad partes, & reo litis contestationem injunxerat. Actor pridie termini præfixi, literis ad judicem datis, declarabat, noluisse se actionem civilem, sed factum depositasse, ut judex inquireret ex officio. Cumque in termine non compareret, & reus com-

comparens ejus contumaciam accusareret, pronuntiavit Facultas Juridica Lipsiensis: daß Kläger die Unkosten des Fernmoris Beklagten abzustatten/ und seine fol. I. angestellte Klage/ binnen Sächsischer Frist/ bey deren Verlust/ und daß er damit ferner nicht gehöret werden solle/ fortzustellen schuldig. *Mens. Jun. 1728.* quæ ipsa sententia, rejecta appellatione interposita, à Summo Appellationum Se-natu Dresdensi confirmata est. Sane hic ne quidem ad furtum, cuius actor reum arguebat, respectum suit: tantum abest, ut pro ea, de qua Constitutiones Saxo-cæ haec tenus allegatae loquuntur, specie furti, poenis in dictis Constitutionibus statutis extraordinariis subiecti, habitum fuerit: licet id auctor & in denunciatio-nis sua, & in literis ad judicem datis, & in appellatio-nis schedula, perpetuo & unice urgeret, causam inter-serens favorem commerciorum, & imprimis fabricarum, ad quarum incrementum multum conducturum, ajebat, si furtivæ opificum contrectationes materialium aut mercium ipsis concreditarum poena publica coer-cerentur.

§. XXI.

Majoris momenti casus intuitu insitoris, qui domino seu exercitori negotiationis seu tabernæ, ex mér-cibus, pecuniis, & rationibus, fidei & administrationi sibi commissis, ultra duodecim millia thalerorum fur-tive subduxerat & mala fide consumserat, ventilatus fuit. Ubi primo quidem quæsum est, cum reus sa-larii loco quotam ex lucro perciperet, inno conventum
D 2
esset,

esset, ut reus loco certæ quantitatis, juxta operas suas in negotiationem communem inferenda, ejus quantitatis usuras quotannis inferre in negotiationis communis rationes teneretur, utrum pro institore, an non potius pro socio haberi debeat? & si pro socio, an socii perfidia in negotiatione communi pro furto sit habenda, & an non potius socius socio actione pro socio civili tantummodo teheatur? Respondit Facultas Juridica Wittenbergensis anno 1704. sive institore sit, sive socius, unum idemque Juris esse, cum & socius in re communi furtum faciat, l. 45. ff. pro Socio l. 45. ff. de furt. Cumque quantitas furtive subversa sit prægrandis, & reus in indiciis sufficienter gravatus: hunc ad inquisitionem & poenam recte pertrahi. Differt itaque hic casus à præcedente, quod in præcedente persecutio, quæ petebatur, criminalis plane rejecta, in hoc vero casu utique asserta fuerit. Nam ut in utroque furtum, improprium tamen & extraordinarium, Germanorum Jure poena extraordinaria puniendum, subsit: priori tamen casu quantitas rerum subversarum non adeo grandis, posteriori vero prægrandis utique erat: priori casu reus nullis præter solam auctoris assertionem, indiciis gravatus erat, & corpus delicti deerat; posteriori utrumque secus se habebat, Furtum vero, quod posteriori potissimum casu subfuit, extraordinarium saltem esse, pena saltem extraordinaria coercendum, non obscure verba ipsius Responsi innunt: Dann im gegenwärtigen Fall um desfa
we-

weniger zu zweifeln / (quod persecutio criminalis locum habeat) als Sempronii Unterschlag sich auf ein sehr hohes crimen / so wohl diesfalls ein richtiges Corps delicti, und gnungsame indicia vorhanden/ und dass/ auch extra Saxoniā, Procuratores, Institutores und dergleichen Leute/ so die ihnen anvertraute Gelder veruntreuet/ und in ihren Nutzen verwendet/ poena furti, wie wohl extraordinaria, zu belegen/ die bewohnte Rechte Lehrter cunctimūtig statuunt; So erscheint daraus allethalben so viel, das wieder Sempronium die Hassit und Inquisitione allerdings statt habe.
 Q. N. W. Et adhuc clariss J Ceti Rostochiensis in eodem hoc casu consultis responderunt; Weiln aber doch die Administration der entwendeten Sachen Inquisito anvertrauet worden / da es dann heisst/ quod administratio mitiget poenam: Propter admissam enim administrationem hi , quibus ea commissa, non tam invito domino rem contrectare, so doch pr. J. de Obl. que ex dict. l. 12. ff. d. furti. erforsceret, quam perfide agere videntur, l. 35. ff. d. administr. & peric. tutor. CARPOV. lib. 2. qu. 85. so halten wir poenam fustigationis vor genung.
 Q. N. W. An vere hoc casu specialis illa Constitutionis Electoralis 41. p. 4. & regiae d. anno 1705. poena, qua reus corruptus, excluso judicis arbitrio, laquei subire supplicium debuisset, locum habitura fuisset, ex eventu illius Inquisitionis discere haud licuit, cum reus defensione sibi concessa, corporis delicti certitudinem labefactaret, plurimaque indicia, quæ ipsum ad torturam gravare videbantur, declinaret, hinc à Scabinis

Lipsiensibus ad juramentum purgatorium condemnatur, eoquo præstito absolveretur. Ego quidem tèo convictò poenas illas certas ac determinatas, laudatis Constitutionibus statutas, locum habituras fuisse, vix crediderim per ea, quæ §. 17. sqq. non sine fundamento, ni fallor, monui: quemadmodum & Rostochienses ab interrogante procul dubio specialium ea de re Constitutionum Saxoniarum probe commoniti, in Responso suo, loco laquei poenæ, istum fustium sufficere judicarunt.

F. I. N I S.

